



174

5

Applausus votivus

*Quum*  
RECTORE MAGNIFICO

V I R O

*Nobilis. Amplis. Experientiss. Excellentiss. q.*

Dn. MICHAELE SENNERTO,

Med. D. ac P. P. celeberr. Coll. Med. Seniore,

& h. t. Decano spectatissimo,  
SPECTABILIS DECANUS

V I R

*Nobilissimus, Amplissimus, Excellentissimus q.*

Dn. CHRISTIANUS DONATI,

Log. ac Met. P. P. celeberr.

V I R U M - J U V E N E M

*Clarissimum, Praestantissimum atqve Doctissimum*

Dn. JOHANNEM KREMPES,

Cibin. Trans. Philosophiae Doctorem,

D. 27. April. Anno M DCXXCII.

*in publica Solemnitate renunciaret*

L. M. Q.

*editus*

à

Patronis, Promotoribus, Præceptoribus & Amicis.

---

VVittebergæ, Ex Officinâ Finceliana.

REGISTRE

D. MICHAEL

D. MICHAEL

D. MICHAEL

D. MICHAEL

V. MICHAEL





Aus & honos homines doctos sem-  
per comitatur:

Non ulli virtus proemia digna ne-  
gat.

Testatum facit hoc in Te doctissime Krempe  
Cingens ritè Tuum pulchra corona caput.

*Michael Sennertus, D.*

h. t. Acad. Reçtor.

---

**Q**Vos Tibi concessit, claros Doctissime  
*Krempe*

Leucoris excellens, devotus grator honores.  
Laudibus ornatum Patriæ, Te Numina  
servent!

Illa dabit reduci voveo Tibi proemia digna.

*Abraham Calovius, D.*

---

**Q**Vi studiis impendit opes impendit hono-  
rem.

Is meritò tandem lætus honore viget  
Doctri-

Doctrinæ cultor noctesqve diesqve  
fuiſti,

Jure igitur ſummo proemia ſumma refers.

*Johannes Andreas Quenſtedt, D.*

---

**C**Armina quæ ſcribam Tibi nunc, Doctiſſi-  
me KREMPEſ,

*Carmina* Tu quovis dignior eſſe cupis.

Noctes atqve dies tractas *mysteria* ſumma,

*Muſarum*, primos inter habere *procos*.

*Turba Novena* ligat pulcherrima *ſerta labori*,

Cogitat & Phœbus, quæ Tibi *dona* paret.

*Serta* MAGISTERII Tibi non ingrata videntur

Attamen *ex merito* talia *dona* geris.

Cœlitus ipſe DEUS *benedicat* Honoribus iſtis,

Cottidie *crescant*, *commoda* denſa ferant

ILLUSTRI PATRIÆ dent *commoda* plurima

ſemper,

*Publica Res* etiam floreat inde precor!

Optima multiplices REVERENDO *gaudia*

PATRI,

Cuncta MAGISTERIUM poſt Tibi *dona* ferat!

*Johannes Deutſchmann, D.*

*Quæ*  
**Q**uerenti sese Sophie stipata Camœnis  
Offert, retribuens grande Laboris opus.  
Ad nostras veniens, mi Krempe Fautor, A-  
thenas.

Mille subis casus, mille pericla vie.  
Hoc studium ingratus non compensaret Apollo,  
Inde jubet, Laurus cingat ut alma caput.  
Vive decus Patriæ meritum Tibi grator ho-  
norem,

Divite Te cornu, Copia larga beet!

*Sic optat*

Christianus Donati,  
P.P. h.t. Ord. Phil. Dec.

---

**L**euoris alma tuos recipit sylvania,  
cives,

Artibus ingenuis exolit atqve beat.

Testem appello Tui capitis frontisqve co-  
ronam,

*Quæ*

Quæ moresq̄ve tuos ingeniumq̄ve  
docet.

Exspectet dignum Te Patria, chara Ma-  
gistrum,

Compleat ac animi vota probata tui!

*de prop. gratulabundus*

G. C. Kirchmajerus.

---

**H**Actenus egregiè Musarum es castra se-  
cutus,

Nec, Te KREMPEI, quod moraretur,  
erat.

Nunc habeas meriti dignus, quos cernis,  
honores,

Hoc jubeat faustos cœlitus esse DEUS.

*Michael Walther,*

P. P.

---

**P**ER plurimas artes flagrante industriâ  
Grassatus es KREMPEI, nec irritus fuit  
Conatus ille: sed probè Permessidos  
Humectus undis, erigis doctum caput,

Viros-

Virosq̄ve claros inter ipse nomina,  
Fers clara, jamq̄ve audis Magister artium,  
Magnosq̄ve polliceris usus Patriæ.

*Præstantiss. Dn. Candidato de novis Magisterii  
honoribus gratulans*

*fac.*

*Balthasar Stolberg/P.P.*

---

**Æ**Vo quid parvo jaculamur multa? calentes  
Cur alio terras sole petisse juvat?  
Namq̄ve fitis crescit flavo crescente metallo  
Ceu æstus, medium sole tenente polum.  
Doctrinæ virtus curas mentisq̄ve tumultus  
Summovet ac animis otia grata parit.  
Invigilas ergo studiis prudenter Amice  
Quæ Tibi tanta ferunt præmia, grator ego.

*gratul. scr.*

*Christianus Köhrensee/  
Phil. Pract. P.P.*

---

**N**on est socordis, peregrinas visere terras,  
Ac vigili curâ quærere mentis opes.

*Hjs.*



His ornatus ades. Te, Krempe, sospitet Æther,  
Ut Patriæ fias stella corusca Tuæs!

*Vobis ex animo atqve omnia fortunata  
precat meritisimo recens ma-  
gistro*

C. S. Schurz fleischius,  
P. P.



Christians Röprecht  
Phil. P. P.





74

Applausus

*Quintus*

RECTORE M

V I I

*Nobilis. Amplis. Exper*

Dn. MICHAELE

Med. D. ac P. P. celeberr

& h. t. Decano f

SPECTABILIS

V

*Nobilissimus, Amplissim*

Dn. CHRISTIAN

Log. ac Met. P

VIRUM-JU

*Clarissimum, Praestantissim*

Dn. JOHANNES

Cibin. Trans. Philolo

D. 27. April. Anno

*in publica Solemnit*

L. M.

*editi*

a

Patronis, Promo

ptoribus

VVittebergæ, Ex O

